



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Religiosa obedientia quid contineat, ac de malitiis in violatione
obedientiæ, & transgressione Regulæ contentis. punct. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

Posito verum erit te non operari proptio nomine, & à superiori independenter ab eius voluntate, cui tum operationem subiicit. Et quidem hanc licentiam tacitam vel presumptam sufficere ad excludendam proprietatem, quando superior commode adiri non potest, & virget occasio accipiendi, tenendi, vel expendendi, certum est ex benigna interpretatione voti pauperatis, quod p̄tūm non debet extensum suile ad expressam licentiam moraliter impossibilem. Sic Suar. 10.3. de relig. lib. 8. c. 11. n. 3.

7. Deinde existimo certum, etiam si superior adiri possit, licentiam tacitam sufficientem esse. Illam voco tacitam licentiam, que virtute in alia expressa continetur, ut si superior tibi concedat licentiam p̄elegiandi, nec prohibeat aliquid recipere, & recepta expendere, eo ipso censetur concessisse, teste Suar. 1.3. de rel. lib. 8. c. 11. n. 7. Item si confutidine introductum sit, te postea aliqua recipere, retinere, vel expendere, & superior confuetudinem non reuocet, cum possit, ea omnia censeatur approbare, Sic Suar. 1.3. de rel. lib. 8. c. 11. n. 7. Sanch. lib. 7. fum. c. 19. n. 7. At idem est, si superiorne conscientia, nec prohibente, cum facilè posset, aliquid recipias, retincas, aut expendas, quia in ea dissimulatione virtute continetur quādam approbativa voluntas, & error. c. confessore, 8. i. dīs. Secus esset, si difficulter impide posset; eo quod timeat dominum esse perturbandum quis querelis quia ea dissimilatio non est licentia concessio, sed facti permisso, que te non excusat. Sic Nau. conf. 1. de Regul. n. 21. Mendoza in suis quolibet, q. 8. c. 1. n. 7. Man. Rodriguez, q. regul. 1.3. q. 2. 29. art. 11. Sanch. lib. 7. fum. c. 19. Suar. dicto cap. 11. n. 8.

8. Difficilis solum est de licentia presumpta, quando sci-
licer prælatis superiori daturum fore licentiam, si ab eo
petere, & tu p̄a verecundia, aliove humano respecte, petere
omittis; et in eo casu à proprietate excusabis? Videris non
excusat, quia licentia futura superioris, cum de facto non sit, non
potest efficiere, ut nominis illius dispositio pretereat. Ceterum
communis sententia docet supradictam licentiam præsum-
ptam sufficientem esse ad vitandam proprietatem. Quia ad
hunc effectum sufficit, quod voluntati superioris saltem futu-
ra nixus opereris. Si enim ad vitandum futurum, ea præsum-
ptio de voluntate domini sufficit, ve constat ex Linter omnibus,
q. recte, ff. de furia, à fortiori sufficit ad vitandam proprie-
tam. Neque credendum est, quod voluntate paupertatem strictius se
obligare voluisse. Atque ita futurum. Nau. 2. de Reg. n. 20.
Petr. Nau. lib. 3. de ref. c. 1. p. 3. dub. 1. n. 160. Val. 2. 2. disp. 10. q. 4.
pun. 3. posse iniuriam. Azor. 1. i. inf. mor. lib. 12. cap. 12. q. 2. 3. &
Sanch. lib. 7. fum. c. 19. n. 4. Suar. 1.3. de relig. lib. 8. c. 11. n. 4. Qua-
lis autem cognitio huius voluntatis futura desideretur, an
certa, aut sufficiens probabilis? Variant Doct. Plures affirmant
certam requiri: alias erit periculum operandi absque villa
licentia, & contra dominii voluntatem: sic Mol. 1.2. de inf. disp.
276. circ. fin. Petr. Led. 2.1. sum. tr. 8. c. 21. diff. 7. Verius tamen
est probabilem cognitionem sufficiere, quia sic operans mota-
lior certus est de voluntate superioris, neque periculo morali
operandi sine licentia exponitur tametsi physico exponatur.
Sic Nau. com. 2. de Reg. n. 20. & 17. sum. c. 17. n. 5. Lefthus lib. 2.
de iust. c. 2. dub. 8. n. 49. & c. 41. dub. 9. n. 80. Mendoza in quolibet,
q. 8. c. 1. n. 7. Sanch. plures referens, lib. 7. fum. c. 19. num. 1.3. in
fine, Suar. 1.3. de rel. lib. 8. c. 11. n. 11.

9. Aduero tamen in hac receptione, & bonorum dispositio-
ne fore squaliter peccatum veniale committi, quod superior
cum commode adiri potest, agere ferat hanc clandestinam, &
furtiuam receptionem, & dispositionem, & ipso obseruantia
religiosa, & paupertatis puritati lati aduerteret. Sed quia hæc
contradictorium solum est de modo clandestino, & furtiuo non
ex ipso receptione, & dispositione, culpam veniale non ex-
edit. Sic Nau. Suar. Sanch. n. p. accidenti relati.

10. Ruris aliqui dicunt ad vitandam proprietatem non re-
quiri licentiam, expressam, tacitam vel præsumptam suffi-
ciente debitam: sic docuit Mend. in quolibet. q. 9. in fin. Et moue-
tur, quia voto paupertatis non te obligavit ad paupertatem
irrationabilem. Sed in hac re in primis dicendum est licentia
præsumti posse, quod est debita; quia semper presumi potest
superiorum operarum secundum regulas recte rationis.
Quare predicta quæstio solum locum obtinet, cum superior
est expressè negat licentiam, quam debet cedere, quod non
facili p̄grediendum est superiori, qui plurib. rationibus moteti
potest subdit occultis, quae negarunt licentiam honestem. Cō-
cessio tamen gratis superiorum imprudenter, & præter religio-
nis morem licentiam tibi negare non obnide inferitur te pos-
se aduerteris paupertatis votum procedere sicut non inferitur
voto castitatis obstatum ducere vxorem posse dispensatione
non obtentata, tamē imprudenter, & præter consuetum dispe-
nsatio negatur. Dicendum igitur est duplicitate licentiam debe-
biti posse, vel ex debito se tenente ex parte prælati tantum,
vel ex debito se tenente ex parte subditi. Si debita sit licentia
ex parte prælati tantum, & negatur non excusari à voti trā-
gressione. At si licentia tibi sit debita, quo d̄ religione ius
habecas, ut tibi concedatur; credo esse sufficiens, ne vorum

viores, quia esto superior licentiam neget, à religione iure ipso
conceditur. Quapropter si prælatus tibi non suppeditat ne-
cessaria ad vitium, & vestitum iuxta motum receptum reli-
gionis, si infuper negaret facultatem ab exercitu accipendi,
illa negatio nullius confederationis efficit ipso iniqua, & con-
tra ius à religione tibi concessum. Alius prælatus posset te
obligare ad paupertatem strictiorem promissa.

11. Tandem requiritur, ut licentia à vero superiori, vel sic
communiciter reparato procedat. Si autem plures superiori lib-
ordinantes habeas, non est opus, ut ab omnibus, licentia omnibus
sufficiat ab aliquo illorum, cuius potestas a superiori illius re-
stricta non sit, solum est dubium de monialibus, an Abbatissam sit
verius illius superior potens eis concedere facultatem accipendi,
retinendi, & distribuendi? Et dicendum est posse, quia vere ha-
bit administrationē bonorum cōsūtūs, ipsique obedientia pro-
mititur, atq; ita docet Lud. Lop. 1. p. inf. c. 15. en-
fin. & li. 2. de contr. c. 48. vers. 3. dicimus. Cordub. sum. q. 24. dno.
vlt. Greg. Lop. 1.4. verb. prop. 7. p. 1. Laym. lib. 4. tr. 5. c. 7.
n. 15. & alij, quos referunt, & seq. Sanch. lib. 7. fum. c. 19. n. 44.

P V N C T V M XXIV.

Quæ penas impositas sint violantibus paupertatem:

S V M M A R I V M.

1. Tres sunt: Prima, ne in loco sacro sepeliantur.
2. Secunda: Expulsio à contentu, vel in eo reclusa.
3. Tertia: priuatio vocis actiua, & passiva.
4. Indigne ha pena iudicis sententia, & solum pro reiūnione sunt statuta.

1. Vre canonico tres tantum penas reperiuntur statutæ. Pri-
ma, ne in loco facio, sed in sterquilino cum sua pecunia
sepeliant religiosos, qui fuerit coniunctus reiūnendo
proprium: habetur, c. Monach. &c. cum ad monasterium, de
flatu Monach. Quod si in loco facio sepultus fuerit, exalti
debet, si absque scandalo fieri possit. c. super quadam edam it.
Et lice spectato iuris rigore, & exemplo D. Gregorij lib. 4.
Dialog. c. 55. tota pecunia simul cum proprietate efficit sepe-
lienda, at ex benignitate quilibet pars sufficit arbitrio iudi-
cisia, quia per eam faris abunde de proprietate perditio significatur,
et reliquias in viis viles reseruantur. Sic Abb. d. c. 1. cum ad ma-
naf. n. 10. Andr. n. 4. Greg. Lop. 1.4. n. 10. 1. 1. Sanch. lib. 7. fum. c. 20. n. 11. Laym. lib. 4. sum. tr. 5. c. 7. n. 22.

2. Secunda pena est expulsio à conuentu d.e. cum ad mona-
sterium. At hec pena correcta est, c. fin. de Regul. ne religiosi
derelicti occasio vagandi, sed loco illius in carcere deten-
duntur, & ibi pro qualitate culpa pœna debent. Abbas d. c. 1.
cum ad monasterium n. 13. Sanch. & Laym. supra.

3. Tertia pena est, vt priuere proprietatis voce actiua, &
passiva per biennium, alijisque penas puniatur iuxta religiosa
constitutions. Sic statutum est à Trid. sess. 1. c. 1. de Reg.
4. Aduerte has penas non incurri ante iudicis sententiam,
quod de privatione Ecclesiasticae sepulcris, & reiūnione in
carcerem dubium esse non potest. De privatione vocis actiua,
& passiva satris indicant illa verba deprebensionis constitutio-
fuerit, quæ actionem iudicis fonant, atque ita notauit Sanch.
lib. 7. fum. c. 20. n. 14. Secundo aduerte non cuicunque ratio
proprietatis has penas esse statutas, sed solum reiūnioni.
Nam esto acciperes absq; licentia, vel accepisti expenderes, si
tamen coniunctus no fueris retinere, supradicta pena locum
non habet, Sanc. d. c. 20. n. 13. & Laym. lib. 4. sum. tr. 5. c. 7. n. 10.

D I S P U T A T I O IV.

De voto religiosa obedientia.

A N religiosa obedientia continet votum formaliter, & accep-
tum promissionem, & traditionem prælati fiduciæ.

1. Religiosa obedientia continet votum formaliter, & accep-
tum promissionem, & traditionem prælati fiduciæ.
2. In violatione obedientia plures malitia continetur.
3. Expenditur, que malitia continetur.
4. Transgressio regula quæs continet malitia.

B Reuiter respondeo, religiosam obedientiam in sua for-
malitate, habere tamen sibi adiunctam humanam promissionem &
traditionem. Priorē partē sic probo. Nā cū votū sit promissio
facta Deo, & non homini, votū obedientia continere soli de-
bet in sua formalitate promissionem Deo factam obediendi
homini, quod ab ille villa promissionem, & traditionem ipsi ho-
minis facta state optimè potest, sicuti stat votum dandi elec-
moxiam

mosyniam Petro, quin Petro promissio dirigatur. 2. conclusio-
nis pars constat ex religioso statu, qui est perfecta quadam
abnegatio sui (ut passim patres docent) ob eum causam (iure
si disponere) et propria libert. & dominio spolia, & in pra-
latum religionis, transfers, eisque te eorum tradis regendum, &
gubernandum efficacius quam leuis traditus est domino, &
filii patri. In hac traditione virtute continetur promissio
exequendi superioris praecipa, si quidem ad hunc finem te
tradis; aliter enim regi aut gubernari non potes. Sed ne hac
traditio, & promissio humana tantum sit, voto religiosis obedi-
entia superaddito sacratur. Quo proposito factum est grati-
fimum Deo sacrificium, & holocaustum, ut latius protegatur
Suar. 3. rom. lib. 10. c. 5. per votum, praecipue a. 4.

2. Verum ex hoc explicazione coniugii videatur violatio-
nem obedientiae religiosis plures malitiae species distinctas
contineret; constituit enim malitiam sacrilegi aduersus votum,
& promissionem Deo factam. Et in supermalitia iniusti-
tiae aduersus praleatum, seu religionem, cui est promissio, &
traditione religiosi ius acquisitum. Et præterea continetur malitiam
aduersus illam virtutem, circa quam veritas actus imper-
rat, ut si præceptum sit de ieiuniu continebit malitiam in-
temperantie, si fuerit de Misericordia audienda, oratione fundenda,
continebit malitiam irreligionis; superior enim ob iurisdictionem,
quam a Pontifice obtinet, porrectatem habet, rem pra-
ceptam constitutam in specie necessaria virtutis; que alias
constituta non erat. Deinde inobedientia continetur malitiam
aduersus obedientiam virtutem. At durum videatur in uno actu
et malitiae species multiplicari. Ergo dicendum est, in reli-
giose obedientia solum adesse votum, seu promissionem Deo
factam exulta promissione, & traditione humana, aliave su-
perioris iurisdictione.

3. Nihilominus a proposita doctrina recendendum non est.
Concedo enim te violentem superioris præceptum peccare ad-
uersus religionem ob transgressionem voti, & aduersus iusti-
tiam ob ius religioni per traditionem acquisitum & aduersus
veracitatem, & fidelitatem debitam ob promissionem in ipsa
traditione inclusam. Neque est inconveniens, utni sciam dupli-
citem, vel tripliicem malitiam continere, si plura iura violer,
ve patet in famulo, vel seruo obligato ex iustitia sui domini
mandata exequi, qui si votum elicit ex mandato exequendi
dupliciter, vel tripliciter peccabit transgrediens dominii man-
datum aduersus iustitiam, fidelitatem, & religionem; que ita
tradit Suar. 1.3. de rel. lib. 10. c. 6. m. 3. At aduersus eam virtutem,
circa quam actus imperatus veritas, non semper es confessus
peccare, sed solum quando superior tibi praeciperet viens iuri-
sitione Ecclesiastica à Ponte concessa, quod non est praes-
mendum, nisi clarè exprimat, scilicet imperando sub pena ex-
communicationis, vel statuendo legem. Nam cum possit ob-
edientiam sibi debitam ex voto præceptum imponere, cre-
dendum est ab solute præcipientem eam solum exigere. Sie
doct. Sanc. lib. 4. sum. c. 11. m. 25. Suar. 1.3. de rel. lib. 10. c. 6.
n. 6. Laym. lib. 4. tr. 7. n. 6. Quando vero iubem pœna excommu-
nicationis, vel alterius ceniturali præcipit, credo iurisdictione
Ecclesiastica vii non solum in censura impositione, de quo
non est dubium, sed etiam in ipsius præcepti impositione, ob
cuius transgressionem censuram fert. Et idem est quoties im-
perat statuendo legem; quia legem nullus ferre potest nisi iuri-
sitionem habeat. Et in his casibus violans legem, vel præ-
cepsum ultra prædictas malitias sacrilegi, & iniustitiae, pec-
cat aduersus illam virtutem, cuius rectitudinem per actum
imperatur procurabat superior obtinere.

4. Hinc deducit Sanc. lib. 4. sum. c. 11. n. 25. cum Vafq. 1.2.
dis. 162. num. 16. si transgredias regulam aliquam, seu con-
stitutionem obligantem sub mortali, esse duplices malitiae
rum, scilicet aduersus votum, & aduersus illam virtutem,
circa quam actus imperatus veritas; quia regula est qua-
dam lex. Sed distinguendum existimo, si id quod à regula im-
peratur, alia lege Ecclesiastica, vel diuina præcipitur, creden-
dum est regulam; legem proprie non esse, sed admonitionem,
& excitationem obligationis impositione: tradit Sanc.
lib. 6. morale. c. 2. n. 6. Laym. lib. 4. tr. 5. c. 7. n. 6. At si regula
præcipit, que alias sub præcepto non sunt, adhuc est distin-
guendum; si absolute præcipiat, erit leviter sumpta, &
constituit transgressionem in duplice illa specie malitiae; at si
præcipiat addens in virtute obedientiae, existimo constitui-
tionem legem non esse obligantem ex iurisdictione Ecclesi-
astica, sed ex voto, & ob honestatem divini cultus, solumque
malitiam irreligionis & iniustitiae continet. Illa enim verba
ex virtute obedientiae, clare denotant obligationem ex voto
postulari, & non aliam imponi. Quo si densus regulam, vel
præceptum superioris titulo iurisdictionis Ecclesiastica obli-
gate, non caret probabilitate ceſſare eo casu obligationem
voti, & traditionis religiosae; quia non est credendum, et
sicut posse, superiori velle duplice potestate & obligacione
viti in suo mandato, scilicet potestate iurisdictionis, & voti,
cum æquum non sit absque gravi causa occasionem præbe-
tor malitias multiplicandi. Suar. 1.3. de rel. lib. 10. c. 6. n. 6.

Cui prælato ex voto obedientiae parere religiosi de-
bent, & qualiter ipse debeat præcipere,

S V M M A R I V M .

1. *Omnibus superioribus debet religiosus parere.*
2. *Abbatissam non posse suis monialibus in virtute obedientiae præcipere docet Sanc. Probabilius est oppositum.*
3. *Potes præcipere Abbatissam eo fine, ut saluti subditarum consularat.*
4. *Pontifex ut supremus praleatus potest obligare quoslibet religiosos.*
5. *Epicopus præcipere potest monialibus sibi subiectis non tam religiosis exemplis, nisi in aliquibus casibus, & quia hi sint.*
6. *In religiosis non exemptos communis sententia defendit Epicopus non posse præcipere quia pertinent ad disciplinam regularem, sed sanctum ad Ecclesiasticam. Probabilius est oppositum.*
7. *Qualiter dicti prelati præcipere debent, ut teneantur ex voto obedientia subditi.*

1. **N**on est dubium te obligatum esse patrem prelati tuæ
religionis, scilicet Provinciali, Generali, & Praeposito lo-
cali, seu Rectori conuentus, quia hi vere superiores sunt, qui-
bus te obediendo subdidiſti. Seruare tamen debes ordinem inter
illos, vt Generali Provinciali, & Provincialis Rectori
praefatur; quia inferioris iurisdictione non se potest extendere
aduersus superioris iurisdictionem, nec contrarium illius præ-
cipere, et fieri enim iniquum præceptum, atque adeo non fer-
uandum. Sie Suar. 1.3. de rel. lib. 10. c. 11. n. 6. & seqq. Horum ta-
men iurisdictione ordinaria est, ut proinde delegari potest. Non
tamen censetur delegata officialibus dominus v. g. vicario cho-
ri, conuentus, Ecclesie vel etiam in actibus ad suum officium
pertinentibus ut latius tradit Suar. d. c. 11. n. 18. &c.

2. Solum de triplice superiori est difficultas. An ex voto
obedientia suis subditi imperare possit, nempe de Abbatissam
in moniales. De Episcopo in omnes religiosos, & de
summo Pontifice in omnes religiosos. Et quidem Abbatissam
in virtute obedientiae non posse suis monialibus imperare, do-
cuit Victoria de potest. Ecl. q. 2. n. 4. quem sequitur Sanc. lib.
6. sum. c. 1.1. quia Abbatissam, (iure Ecclesiastico faltem) inca-
pax est iurisdictionis spiritualis, at ad imperandum ex virtute
obedientiae iurisdictionis spiritualis videtur requiri; quippe ille
modus imperandi finem spiritualem respicit. Ceterum dicen-
dum est Abbatissam suis monialibus præcipere posse quid-
quid expediens esse indicauerit ad rectum sui monasterij
temporalem, seu politican gubernationem. Nam cum ab ipsa
religione constituta sit monasterij gubernatrix, & hanc gu-
bernationem non possit conuenienter præstare absque iurisdi-
ctione, ea de causa ad hac imperanda illi iurisdictione concessa
est. Unde potest prohibere monialibus ne cum externis lo-
quuntur, ne litteras accipiunt, vel scribant, ne ad horros
exeant, & alia similia, que recte gubernationi domestica, &
bono nominis conuentus congruant. Si Sotus in 4. dis. 20. q.
1. art. 4. ver. binc fit. Bart. de Led. sum. Sacram. ubi de claus.
difficil. 4. dub. uti Sanc. alii relat. lib. 6. sum. c. 17. Deinde
ad potest de defectibus monialium communis bonum impe-
dientibus inquire, & delinquentes punire; quia haec potest
ad politican gubernationem pertinet, quod solum vi voti
abque traditione dominij fieri non poterat, ut recte norauit
Valquez 1.2. 1.2. dis. 166. c. 4. Sanc. li. 5. sum. c. 1.2. 2. o. & lib. 6. c. 1.
n. 27. Hoc potest certitudinem est, Abbatissam obligare posse
moniales sub virtute voti ad exequenda, que alias ex iuri-
sictione temporali, & politica præcipere potest. Si enim Rector
alieuus valueritatis, vel collegij scholasticis præcipite pot-
est sub pena præstiti iuramento, quia sibi vita fuerit recte
vinclueritis gubernationi conuentus a fortiori. Abbatissam po-
terit monialibus sub pena præstiti voti præcipere quia ad re-
ctam domus gubernationem conducunt, cum votum illud
fuerit emisum de obediendo Abbatissam faletem in iis, in quibus ipsa habet iurisdictionem, & ita tenet Sanc. lib. 6. sum.
c. 1.2. 22.

3. Deinde probabilius existimo Abbatissam ex vi voti non
solum præcipere posse supradicta, quatenus recta domus gu-
bernationi congruant, sed quatenus congruant spirituali cu-
iuscunque profectui, atque adeo præcipere posse omnia illa,
qua luxta regulas, & constitutiones obseruant moniales re-
mentur. Qui negari non potest, te posse voti simplici obligari
femina, vel laico obediens in iis, que ipsi iudicauerint ad tuum
spiritualem profectum conuenient, tamen si ex hoc voto nullum
spiritualem iurisdictionem obtaineat. Quia enim in hac obli-
gat, est repugnat, aut indecessitas similiter ergo possit; monia-
les vovet obediens Abbatissam in iis que conuenient fuet in iux-
ta constitutiones religionis carum spirituali profectui. Ergo cre-
dendum